Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



qui menses non iuxta solis sed iuxta lunę
cursum numerant. Nam a centesimo & quinto
decimo anno regni psarum quando artaxerses
rex eiusdem imperii uicesimum regni sui ha
bebat annum. & erat octogesimę & tercię
olimpiadis annus quartus. usq; ad centesimā
scdam olimpiadem. & scdm eiusdem olimpiadis
annum. tyberiiq; cesaris annum quintumde
cimum colliguntur anni quadringenti. septu
aginta. quinq;. qui faciunt annos hebraicos
quadringentos. nonaginta. iuxta lunares ut
diximus menses. Qui scdm illorum supputa
tionem possunt facere psingulos menses dies ui
ginti. nouem semis. ita ut solis circulus per
annos quadringentos nonaginta plus habeat
dies trecentos. sexaginta quinq; & quartā diei
partem. & p duodecim menses singulorū annoꝝ
undecim dies & quarta diei pars amplius rep
periatur. Vnde greci & iudei p octo annos
trium mensium embolismos faciunt. Si enim
octies undecim & quartam partem uolueris
supputare. nonaginta dies. hoc est tres menses